

SACRI REGII
CRIMINALIS CONCILII
CATHALONIÆ
DECISIONES,
CVM ADDITIONIBVS AD
PRIMAM , ET SECUNDAM
PARTEM , ET DVPLICI INDICE,
DECISIONUM, ET ADDITIONUM.

A V C T O R E

DON MICHAELE DE CALDERO , BARCINONENSI , OLIM
in huiusc Patriæ Academia post Vespertinum , Primario Iuris Civilis
Antecessore , deinde in Regia Audientia Civili Cathalonia Confiliario:
postea Tertia Aula Doctore, & Fisci Advocato Regie Curie ; nunc vero,
ipso enixe , & instanter deprecante , ad Regiam Audientiam
Civilis regresso , & promotoz ac Advocato Fisci
Patrimoniali constituto.

PARS SECUNDA
AD EXCELLENTIS. PRINCIPEM
D. D. DIDACVM FELIPEZ
DE GVZMAN, &c.


Anno



1687.

CVM LICENTIA BARCINONÆ:

Ex Typographia RAPHAELIS FIGVERO , in vico
Goslipiariorum, Anno ut suprà.




DIVO
FRANCISCO
SALESIO,
GENEVENSIS ECCLE-
SIÆ ANTISTITI. ET
PRINCIPI PRAECLARISSIMO,

AUTHORIS
DECLAMATIO
PRECATORIA.

SECUNDVM exordior; Ante optime, clucubrationum mea-
rum vobis; quod iamdiu ani-
mo conceptum delinaveram præ-
milo: tuus, ut aliquid iustitiae spe-
cimen, & ferendæ in lubricis sen-
tentib; notam, ex ijs, quæ longo
experimento didici, præberem posteris: tum
maxime, ut ingruentem compescetem vitorum ille
luiem, erecto Iustitiae Tribunalis cuius obtutu in-
numera vitantur crimina, lenitur ira, strænatur vin-
dicta, fistit audacia, cuncta penè via cohidentur:
Quid ergo nite, Sanctissime Präfule, in ipso operis ve-
stibulo rectorem exambiam, ducem exposcam? Qui
vtriusque iuris insignitus laureâ, misum quantum lu-

*

ris.



R E G I I
CRIMINALIS CONCILII
CATHALONIAE
DECISIONVM.
PARS SECUND A.

DECISIO LI.

ARGVMENTVM.

Practicabilia enarrantur circa appellationum , aut supplicationum materiam in causis Criminalibus ; an ex sola semiplena probatione imputatus prohibitus habeat appellare , vel supplicare ; an interposita ab uno ex correis supplicatio , seu appellatio cæteris non appellantibus , seu non supplicantibus profit , adeo ut contra non appellantes non possit sententia primitiva exequi , & an id ipsum procedat in decreto torquendi . Et alia ad usum to-

rensem necessaria tractantur , pro intelligentia Capit. 15. & 16. Curiar. anni 1599.

S V M M A R I U M.

¹ Non appellabatur in Cathalonia antiquis assententijs Criminalibus inferiorum ; nec à Superiorum sententijs supplicabatur.

² Appellatio de tempore Dom. Regis Martini à diffinitiis , & interlocutorijs tormentorum Gerentium vices Generales Gubernatoris Cathalonie admittebatur , nisi essent prolate contra personas diffamaras , aut prava vite , de qua infamia , aut prava vita constare debebat per summariam informationem .

³ Supplicatur in Cathalonia per Cap. 15. Curiar. anni 1599. à diffinitiis , & provisionibus tormentorum , exceptis casibus in dict. Cap. & alijs prohibitijs à iure communi ; ubi latè expeditur ,